



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ
Deuotæ**

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

In brachio & manu liberi arbitrij imaginem spectari. Colloq. XLVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

Deus spiritus est.

manifestior infirmitas nostra sit. Nā Deus cū spiritus tantum sit, istiusmodi membra non habet : sed sicut per brachium similitudo virtutis diuinæ exprimitur, ita brachium cōparatione quadam animæ robur ac fortitudinem indicare videtur : & denique quemadmodum voluntas animæ facultatibus dominatur, ita hæc pars Domina ac Magistra corpus vniuersum regit atque gubernat. Brachium manu, os claudit, occæcat oculos, obturat aures, capiti imponitur, pedem tenet, omnia cōtrectat, omnia facit, omnia transigit & moderatur. Maneat ergo brachiū speculū quoddam esse in quo potentia voluntatis appareat & elucescat.

In brachio & manu liberi arbitrij imaginem spectari.

COLLOQVIVM XLVI.

THEO. **V**IDEAMVS nunc quomodo eadem illæ partes non leuia lineamenta, sed ad vniuersam adumbratam liberi arbitrij imaginem

nem, & picturam præ se ferant. Nā quid tu nosti solutius, quid liberius, quid omnib⁹ membris magis appa- res, magis quod videri, quod cōspici gestiat, quam manus & brachia? Ita- que & corpus vniuersum propter rectitudinem suam liberrimum est, attollit illud se, erigit, inflectit, & multò facilius quam vllum anima- lium curuatur, atque mouetur: & in eo tamē nulla pars hilarior, lætior, sereniorque est, quam brachia, quam manus? gesticulatur illa, argutatur, proijcitur atque retrahitur, modo attollitur, modo descendit, nunc conuoluitur, nunc circulum effor- mat, iam triangulū simulat, iā for- mam Lunarem repræsentat: exten- ditur illa, coniungitur, post corpus conijcitur, lateribus applicatur, ca- piti imponitur, pedibus admoue- tur, quid quid libet, in corpore v- niuerso cœu Dominæ conceditur ac licet. An non ergo luculenta hæc li- beri arbitrij lineamenta sunt? quid libertas est, si hæc non est? An non miraculum singulare Dei istud est, qui adeò eleganter, adeò graphicè,

*Eccl. 15.
16. 17.*

*Brachia
& man^o
præcipua
meriti,
gloria, &
vituperij
instru-
menta.*

*Brachia
& man^o
principa-
lia instru-
menta
laudis
vel vitu-
perij.*

adedò venustè vel in parte corporis, imaginem spiritus sui pingere no-uit, & efformare? Alludit reuera ad hunc locum Ecclesiastici illud: *Deus ab initio constituit hominem: & reliquit illum in manu consilij sui;* scilicet in libertate sua: Item, *Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris porrige manum tuam:* in istis itaque locis eodem loquendi genere manus pro libero arbitrio accipitur, velut imago & figura pro ipsa re. Iam nonne quoad merita, etiam similitudinem istam nacta est? an non suo quodam modo manus & brachia fundamenta sunt externa virtutum? nonne gloriæ? nonne vitiorum? nonne laudis? nonne vituperij? nonne vt vno verbo dicam omnium eorum meritorum quorum scaturiginem diximus paulò ante esse voluntatem? annon illa principales officiales & proximi actionum suarum executores sunt? Potestne ergo opus bonum aut malum reperiri aliquod, an vllum vitium excogitari, vlla virtus inueniri, quæ non per manus significata sit? annon illa

illa principale instrumentum & organum voluptatis est? nonne ista templa ædificat, altaria extruit, sacrificia offert? Dauid populum ad pietatem & deuotionem inflammaturus manus eum iubet eleuare: ipsa natura eas attollendas, versus cœlum tendendas, ac complicandas esse docet, quo interiorem deuotionem ac religionem testemur, cum DEVM pacem petimus, auxilium numinis inuocamus, ac celestes iras deprecamur? Iam quis ignorat, phrasin hanc omnibus sanctis esse familiarissimam, vt pro eleemosyna manus extensionem erga pauperem dicant? vt cum purum, cum absque macula, significare quippiam volunt, manus innocentes illud habere asseuerent? & quam tu omninò aliam ob causam Pilatum manus abluisse putas, nisi vt in fontem, vt à factò nefario quàm maximè alienum, & innocentem sese declararet? verū habuit ille signum & imaginem virtutis exteriorem, à veritatis autem effigie interiore abfuit, vt qui maximè nec

*Arist. 3.
de ani.*

c. 8. prob.

sect. 30. q.

4. l. 4. de

part. ani.

c. 10.

Pf. 133. 2.

Proib. 31.

20.

Pf. 23. 4.

Mat. 27.

24.

O s enim

*Pilatus
manus
lauit non
conscien-
tiam.*

*Aug. de
tempore
ser. 117.*

enim manus sola hominem incorruptū, & sanctum facit, vbi cor vitij scatet, animus peccatis oblitus, & flagitijs enormibus contaminatus est. Itaque idem qui supra Propheta Regius ait, *innocens manibus & mundo corde, hic est qui ascendet in montem Domini*. Lauit ergo Pilatus manum non conscientiam. Etsi fundamentum innocentia in anima virtutem habuisset, præclarum reuera signum exterius fuisset, & interno quam maximè simile & accommodatum. Habebat autem imaginem exteriorem tantum, fundamento carentem, & sicut D. Augustinus ait, lauuit manus, & factum approbavit, manus omnium bonorum operum instrumentum est, in bello, in pace, in templis, domi, & foris: manibus Deus sibi seruire vult, tunc puta quando ab animo non diffidet, à corde non discrepat, ab interioribus non dissentit. Seruire verò Deo manibus, querere eum manibus quemadmodum Dauid faciebat, hoc demique seruire est secundum Diuum

Ab

Augustinum opera bona facien- *Auge-*
do. Verum sicut manus præcipuum *narr. in*
sanctarum actionum, gloriæ, & vir- *Psal. 76.*
tutum instrumentum est, ita peccati
& poenarum organon vnicum &
conuenientissimum sit, cum impro-
bè faciendi institutum tenemus, &
in quolibet flagitiorum cæno nosmet
volutamus. Patet nunc ergo funda-
mentale eam instrumentum esse, æquè
gloriæ ac poenarum; tum potentiâ,
libertatem & omnes denique qua-
litates voluntatis pulcherrimè ex-
primere & repræsentare.

Pectus esse imaginem Memoria.

COLLOQUIVM XLVII.

VERVM accedamus iam- **THEOL.**
nunc tandem memoriam
excellentissimam hominis
partem elegantissimè per capacita-
tem pectoris receptaculi partium *In sacra*
vitalium nobilissimarum, quod dia- *scriptura*
phragmate clauditur ac termina- *sapè cor*
tur: est enim plane memoria capaci- *pro me-*
tas atque adeo spirituale animæ pe- *moria po*
ctus, cuius ex partes sunt vt quam *ni vide-*
mus.

O 6

fide-